

denda, nec ne, ius cognoscendi sit penes Cameram<sup>b)</sup>. Quam legem a Iudicio ipso sibi dictam praxis quoque sequuta est, vt nec Reuisione, nec Recessu Deputationis obstante, partio prioris sententiae iniuncta, et exsequutio decreta sit.

*b) PERILL. DN. de CRAMER Wetzlarische Nebenstunden. Th. I. p. 127.*

### §. X.

*Per placitum Deputationis Francofurtanae tollitur effectus suspensius,  
sed exceptis caussis Religionis.*

Ea fuit Reuisionum indeoles, quum ad instaurandam colapsam atque deformatam rem iudicariam Imperii Francofurti ad Moenum Anno cIcIcXLII. Deputatio Imperii congregaretur. Ibi dum inter alia quoque de optima ratione innumeris petitis Reuisionibus occurrendi ageretur, primum in suis considerationibus proponebant Camerales, vt Reuisionis remedium, quippe vt plurimum tantum temere litigantium refugium, in vniuersum aboleretur. Quod tamen, licet rationibus non adeo spernendis suffultum consilium Deputatis probatum haut est <sup>a)</sup>. Maiorem meruit attentionem alte-

C 2 rum,

*a) Vide Gutachten der Reichs Deputation die Verbesserung des Iustiz-Wesens betreffend, ap. MEIERVM in Actis comit. Ratisbon. T. II. L. x. §. 2, n. 1. p. 202. f. Ibi de hoc capite ita exposuerunt sententiam Deputati: „Zwar ist von den Herren Cammeralen bey diesen beyden Punctis fuir nicht undienlich erachtet worden, daß das medium Revisionis, und zwar aus denen von ihnen angefuhrten sehr truiftigen Rationen und Motiuen, tanquam verum refugium temere litigan-*